

Lectori.

Alteram hanc & emendatam Pharmacopœæ Svecicæ editionem necessariam judicavit Regium Collegium Medicum, omnino studio & cura in id incumbens, quo publicæ utilitati accommodata reddatur. Itaque alia eliminata sunt, quorum usus inter medicos exolescere coepit, aut quæ mutare cuilibet fere placet: alia vero addita, quibus jam carere vix licitum est. Nomina, quantum fieri potuit, ex minus aptis in talia commutata sunt, quibus compositorum præcipuæ partes indicentur, ne in posterum adeo frequens occasio obveniat dissimilis facultatis medicamenta confundendi. Ut tamen iis inserviat, quibus nomina huc usque recepta placent, horum etiam adjectus est catalogus.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]